

mellis cocti, donec concreſcat, quartarium ℞.  
reducantur in formam turionum.

*De Paſta regia vel pane Marcio.*

C A P. XXXV.

**Q**uod Electuarium regium Meſues nominat,  
nunc paſtam regiam, quia ex hac magtati-  
bus patinæ formantur, & ſimul cum cibus deuorā-  
tur. Alii placentam ſiue panem dulciarium, pa-  
nem Marſicum, alii martium panem, à Gallico  
mazepan vocant: & in affectibus pulmonum &  
thoracis ad detergendum ſputumque promo-  
uendum, vtuntur: maxime vero in phthiſi & atro-  
phia, cum ex iis, quæ multum ſanguinem generāt,  
componantur, cuiusmodi ſunt amygdal. dulc. ex-  
corticatæ, piſtac. nuclei pinei, dactylor. pulpa, paſ-  
fulæ exacinatæ, caro capi elixi vel perdicis: quibus  
additur gummi tragacanthi, amyllum &c. Verū  
amygdalæ, ſi deterſione opus eſt, in aqua hordei; ſi  
vero nutritione, in iuſculo capi, reliqua, vt & amy-  
gdalæ, in aq. roſarum macerantur. Dein ſimul cō-  
tunduntur, ſacchari quantitas ſufficiens additur;  
& in maſſam ſimul rediguntur, ex qua placentæ  
diuerſarum figurarum efformantur, quæ ſenſim in  
furno, vel vaſe cupreo, pane azymo vel charta ſub-  
ſtrata, ne comburatur, coquuntur. Vulgaris pa-  
nis amygdalinus ex amygdalis dulcibus munda-  
tis & ſubtiliter contuſis ℞. ℞. & ſacchari optimi  
puluerizati ℞. j. aſuſa ad contuſionem aq. roſarū  
q. ſ. conficitur.

Pro